



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 4. An qui fraude vel mendacio induxit alium ad emendum majore
pretio, quàm aliàs emisset, quamvis non excedente summum, peccat &
tenetur ad restitutionem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

alterius ex ea acquisitum, sicutque teneretur ad restitucionem. Venditio enim est perfecta consensu ementis, & vendentis, etiam antequam tradatur merx.

Obj. L. 16. ff. de Minor. Dicitur in pretio
emptionis, & venditionis naturaliter licere
contrahentibus se circumvenire.

*Resp. Id intelligendum est intra latitudinem
vulgaris, ac justi pretij: vel solum significatur
in foro externo non dari actionem, nee poe-
nam pro laesione infra dimidium. Alioqui
lex ista injusta, ac nulla esset, & repugnaret isti
legi divinae naturali. I. ad Theff. 4. Ne quis su-
pergrediatur, neque circumveniat in negotio fra-
trem suum, quoniam vindex est Dominus de his
omnibus.*

Not. Est in*justitia*, quoties, dato*justo* pre*tio*, additur *emptori*, vel *venditori* *onus* ali*quod* *pretio* *astimabile*, quod non *compen*satur**. Nam tunc est *in*equalitas**, nam *emptor* ultra *pre*mium* justum*, vel *venditor* ultra *rem*venditam** *compellitur* ad aliquid *pretio* *asti*mabile** pro quo nihil *repeditur*. *De Lugo*.

Q. 4. *An qui fraude, vel mendacio induxit alium ad emendum maiore pretio, quam alias emisset, quamvis non excedente sumnum, peccat.*

Et tenetur ad restitu-
nem?

Resp. Aff. Quia emptori est illius damni, vel

Ilucri cessantis causa per injuriam: nam quisque habet jus, ut fraude, vel mendacio, vel vi non inducatur ad aliquod damnum patientium, vel lucrum amittendum.

Q. 5. *An sunt aliquæ causæ, ob quas liceat res pluris vendere, vel minoris emere, quam alioqui valeant?*

Resp. I. *Etsi* nunquam liceat rem pluris vendere, vel minoris emere, quam h̄ic & nunc valeat, omnibus consideratis, cūm alias non servaretur æqualitas justitiae inter mercem, & pretium; sunt tamen variæ causæ pluris vendendi, vel minoris emendi rem, quam alioqui valeat pretio vulgari, eo quod ob illas pluris, vel minoris æstimetur, & valeat, quam si absent.

Resp. II. *Ex* communī, causæ pluris vendendi hæ sunt. 1. *Lucrum cessans*, vel *damnum emergens*, deductis deducendis: ut si merces, quas in aliud tempus servare decreveras, quo plus probabiliter valituræ sunt, vendas in gratiam alterius, ex cap. ult. *de usur.* aut si yendas merces, quas cogēris postea carius emere: nam præter pretium rei currens exigere potest compensatio jacturæ lucri sperati, & damni, quæ ex alienatione rei sequuntur, ut dixi de mutuo, venditor enim non tenetur ex justitia cum suo damno vendere. Sed tunc cum venduntur merces anticipata pretii majoris taxatione